



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. VII. Ex Danielis prophetia probatur Regna à Deo dependere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Vaticinia
gentium
sunt vilissi-
marum ani-
marum.

cum in memoriam nostram incurrerint, non mirum est, si senti-
turi possint ab huius aeris animalibus quibusdam vilissimis,
quos demonas vocant à quibus nos superari acumine ac subtri-
luare sensuum posse concedo, ratione autem nego. Atque fieri
nescio quo modo secretissimo atque à nostris sensibus remotissi-
mo. Non enim si miramur apiculam melle posito, nescio qua
sagacitate, qua hominem vincit, vndeunque advolare, ideo
eam nobis proponere, aut saltem comparare debemus. Itaque
vellem magis iste Albicrius ab eo, qui discere cuperet, interro-
gatus ipsa metra docuisset, vel coactus à quopiam consultorū,
dere sibi statim proposita versus proprios cecinisset. Quod eun-
dem Flaccianum sepe dixisse soles commemorare, cum illud
diuinationis genus magna mentis altitudine derideret, atque
despiceret, idque nescio cui abiectionis animalis, sic enim dice-
bat, tribueret, quo ille quasi spiritu admotus vel inflatus hac
respondere solitus esset. Querebat enim vir ille doctissimus ab
eis, qui talia imitarentur num Grammaticam, vel musicā, vel
Geometriam Albicrius posset docere? Quis autem illum nosset
& non istorum omnium imperitissimum fateretur? Quamo-
diū ad extremum hortabatur, ut animos suos ij, qui talia di-
dicissent, illi diuinationi sine dubitatione praeferrent, darentq;
operam his disciplinis instrueri atq; adimiculi suam men-
tem, quibus veram istam inuisibilem animarum naturam
transire, & eam superuolare contingeret. Iam res diuinae,
cum omnibus concedentibus, meliores augustioresque multo
quam humane sint, quo pacto ille eas assequi poterat, qui, quid
esset ipse, nesciebat. Nisi forte existimas sidera, qua quotidie con-
templamur, magnum quiddam esse in comparatione verissimi
& secretissimi Dei, quem raro fortasse intellectus, sensus autem
nullus attingit, hac autem praesto sunt oculis nostris. Nec ista i-
gitur sunt illa diuina, qualia se sola scire sapientia proficeret:
cetera autem quibus isti, nescio qui, diuinae, vel ad vanam
iaculantiam vel ad quæstum abutuntur, prae sideribus profecto
viliora sunt. Non igitur Albicrius rerum humanarum ac di-
uinarum scientia particeps fuit, frustra que abs te isto modo de-
finitio nostra tentata est. Postremo, cum, quidquid preter res
humanas atque diuinas est, nos vilissimum ducere & omnino
contemnere oporteat, quæro in quibus rebus querat ille tuus sa-
piens veritatem? In diuinis, ait ille: nam virtus etiam in ho-
mine, sine dubitatione, diuina est. Has igitur Albicrius iam
sciebat quas tuus sapiens semper inquireret? His igitur reli-
ctis, de vera diuinatione agamus.

Deus om-
nia potest
indicare.

§. 10. Deinde videmus quantæ sit in medicis, Philosophis,
aliis sagacitas, quanta ex re parua in animis prudentiæ, præ-
sagitiis; quid igitur causæ esse dicemus, cur non mens illa crea-
trix, omnium causarum arcana permeans atque gubernans e-
uentu posset pernoscere? si cognoscit cur communicare non pos-
sit? Quod narrare sodali potest amicus, non possit id homini
significare Deus?

Gentium
historia in
scripturis
predican-
tur.

§. 11. Tertio. Scripturarum auctoritas omnem omnino
dubitationem tollere potest, etiam gentibus, nemo enim adeo
rerum humanarum est imperitus, nemo tam contumax, ut vi-
niuersam historiam generis humani, vel in dubium vocet, vel
contemnat, cum vero Rerumpublicarum commutationes illæ,
quas mundus magna sui dilaceratione expertus est, cum gras-
santibus quasi in diuersa incendiis, vtrunque vexaretur, cum
Assyrios Chaldei, hos Medi & Persæ exciperent, Persas cum A-
sia quasi vna ruina inuolueret Macedo suis adulatoribus, gen-
tium funeribus solitus parentare, cum illa inquam adeo diserte
distinctæque predicta, nominatus etiam Cyrus, descriptus Ale-
xander, & eius principes, non potest in occulto esse vaticinium,
quod orbis repetita concussione, multarum gentium sanguine
scriptum est. Vfus est illo olim argumento D. Augustinus, &
cetera euentura docuit, quod maior pars iam euenisset.

Hæc ergo cum prædicta sint, à Deo regi discimus,
quorum tam multa impleta conspiciamus, ut recta
pietate futura esse cetera confidamus.

CAP. VII.

Ex Danielis prophetia probatur regna à Deo
dependere.

§. 1. Iam ex scripturis satis me demonstrasse arbi-
tror regna terrena non fortuna, aut casu, nec
fato, sed Dei voluntate inchoari, augescere, conser-
uari, deprimi, hæc tamen sic animus est, & hanc
providentiam in re clara, historia notissima, quasi in
exemplum cæterorum producere. Verba Danielis
c. 8. ita habent. Anno tertio regni Baltasar regis, visio
apparuit mihi. Ego Daniel, post id quod videram in princi-
pio, vidi in visione mea, cum essem in Susan castro, quod est in
Aelam regione: vidi autem in visione esse me super portam Vlai.
Et leuavi oculos meos, & vidi: & ecce aries vnus stabat ante
paludem, habens cornua excelsa, & vnus excelsus altero suc-
crescens. Postea vidi arietem cornibus ventilantem, contra Oc-
cidentem & contra Aquilonem, & contra Meridiem: & omnes
bestie non poterant resistere ei, neque liberari de manu eius:
fecitque secundum voluntatem suam, & magnificatus est. Et
ego intelligebam: ecce autem hircus caprarum veniebat ab Oc-
cidente super faciem totius terre, & non tangebatur terram: por-
ro hircus habebat cornu insigne inter oculos suos. Et venit vsq;
ad arietem illum, cornutum, quem videram stantem ante por-
tam, & ecurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ. Cumque
appropinquasset prope arietem, efferatus est in eum, & percuf-
sit arietem: & comminuit duo cornua eius, & non poterat a-
ries resistere ei: cumque eum inisset in terram, conculcavit, &
nemo quibat liberare arietem de manu eius. Hircus autem ca-
prarum magnus factus est nimis: cumque creuisset, fractum est
cornu magnum, & orta sunt quatuor cornua subter illud, per
quatuor ventos celi. De vno autem ex eis egressum est cornu v-
num modicum: & factum est grande contra Meridiem, &
contra Orientem, & contra fortitudinem. Et magnificatum
est vsque ad fortitudinem celi: & deiecit de fortitudine, &
de stellis & conculcavit eas. Et vsque ad principem fortitudi-
nis magnificatum est: & ab eo tulit iuge sacrificium, & deie-
cit locum sanctificationis eius.

Exemplo
discimus
imperium
Dei in re-
ges esse.

§. 2. Et versu 19. & sequentibus. Dixit que mihi. Ego
ostendam tibi quæ futura sunt in nouissimo maledictionis: quo-
niam habet tempus finem suum. Arius quem vidisti habere cor-
nua, rex Medorum est atque Periarum. Porro hircus capra-
rum, rex Grecorum, & cornu grande quod est inter oculos e-
ius: ipse est rex primus. Quod autem fracto illo su reuerunt
quatuor pro eo: quatuor reges de gente eius consurgent, sed non
in fortitudine eius. Et post regnum eorum cum creuerint ini-
quitates, consurgit rex impudens facie, & intelligens propo-
sitiones, & roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis:
& supra quam credi potest, vniuersa vastabit, & prosperabi-
tur, & faciet. Et interficiet robustos, & populum sanctorum
secundum voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu eius:
& cor suum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet
plurimos: & contra principem principum consurgit, & sine
manu conteretur. Et visio vespere & mane, quæ dicta est, vera
est: tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit. Et ego
Daniel languui & egrotavi per dies: cumque surrexissem facie-
bam opera regis, & stupebam ad visionem, & non erat qui in-
terpretaretur.

Expende hæc, & tecum puta, quam accurate Da-
rius & Alexander describantur, eorumque gesta, & Prædictio
translatio monarchiæ in angulū Græciæ ignobilem. hæc cū cir-
Aries est Darius, qui stat ante paludem, seu ante flu- cum stan-
uium, hebraice לפני הארבל Liphne haubal in conti-
specu Vbal; nam etiam reliqua Asia amissa, in flumi-
nibus, & stagnantibus aquarū paludibus ex Euphra-
te, & Tigri ipem collocabat Darius, Mediam enim
Persidem, Assyrios & totam cum Bactris barbaricam
tenebat. Hic igitur fidenter stat Arius.

Cornua excelsa sunt regnum Mediæ, & Persidos; Persicum
quanquam enim plurima regna Dario parent, Me- regnū Me-
di tamen & Persæ dominabantur. Cornu autem ex- dico maius.
cellus fuit Persicum regnum, quod multo inferius
Medico, post Cyrum inualuit, & Medorum regno
præstantius fuit, ideoq; dicitur succrescere, seu ascen-
dere in nouissimō. Cyrus cum Persicum imperium
ipse Persæ hereditarium, Medicum vero dotalē pos-
sederet,

sideret, Persas Medis prætulit; Ideoque ab auctori-
bus Monarchia Persica, non Medica solet appellari.

Aries ille ventilat cornibus, *אֵרִיס מִנְיָגָג*, hoc est,
cornu petiit, *אֵרִיס מִנְיָגָג*, vt Exodi 21. 28. & v. 31. & 32. de
regibus violenter prouinciam opprimentibus dicitur.
vt Deut. 33. 17. Cornua Rhinocerotis, cornua illius.

Contra occidentem, hebraice *מִמְּוֶלָד* iammā, *אֵרִיס מִמְּוֶלָד*
אֵרִיס מִמְּוֶלָד, ad mare, nempe mediterraneum sic vocare
occidentem Iudæi consueuerunt, quod Palæstinæ
occidentale latus clauderet mare. Persarum autem
imperium vix mari terminabatur. In occidente Per-
sidos fuere, Babylonii, Syri, Armenorum pars, Insula
maris Mediterranei. In meridie Arabiam, Aegy-
ptum, Libyæ partem, Ammonios, & Indos Meridio-
nales vicerunt. In aquilone Armeniæ partem, Pon-
tum, Colchos. Hæc exponunt Herod. l. 1. Xenoph.
Pædia Cyri. & *אֵרִיס מִמְּוֶלָד*. Halicarnas. l. 1. Curtius, Cre-
tias in Persicis, alii innumeri.

Nemo resistere poterat, nempe Asiaticarum gentium,
Græci enim Schytæque resisterunt, quamuis maxi-
mis cladibus affecti.

Rex Iauan
gracia.

Regem aut regnum indicari non ignorabat Da-
niel, quis tamen ille esset nondum cognoscere pote-
rat. Sed ecce venit Hircus caprarum, rex Græciæ,
מֶלֶךְ יָוָן Melech Iauan. Rex Iauan, seu rex Ionum, nam
græcis *ἰών*, qui Hebræis *יון*, quia iot consonantem
Hellas non agnoscit, vnde celebris græcis ciuitati-
bus Ionia. Iauan potro filius fuit Iapheth, frater
Madai.

Persa aries.

Persa Aries est, quia vt Theodoretus ait, Imperium
opibus, sagina, luxu iam graue, & sui vix potens, certe
rex illis rebus quibus maxime abundabat, vt pecu-
nia, a Græcis vincebatur, quod præfectorum auaritia
milites negligenter. Itaque hoc tempore velut au-
reum pecus, aureo vellere aliis fere proderat, iam du-
rum viribus vti deficientibus. Græcorum enim du-
ces vel pecunia conducebant, vel corrumpebant, ita
vt iam non sibi, sed aliis vellera aries ille ferret.

Græcus Hir-
cus.

Rex Græcorum est hircus caprarum. Hircus-hircus,
dicitur in Hebræo, duobus tamen verbis. *הִרְכֹּס*
הִרְכֹּס *הִרְכֹּס* *הִרְכֹּס* *הִרְכֹּס*, & hircus caper. Septua-
ginta tamen vocant *תִּרְכֹּס* *תִּרְכֹּס* *תִּרְכֹּס* *תִּרְכֹּס*, alii legunt
hircum pilosum, noſter & 70. interpretes legerunt addi-
tum in fine *הִרְכֹּס* hoc modo. *הִרְכֹּס הִרְכֹּס* *הִרְכֹּס*
הִרְכֹּס *הִרְכֹּס* hircus caprarum: ita plerique interpretantur,
& idem vocatur v. 5. *הִרְכֹּס הִרְכֹּס* *הִרְכֹּס* *הִרְכֹּס*, hirc-
cus caprarum. Perinde quasi dicat e grege caprarum,
aut filium capræ, sic Leu. 4. 28. dicitur *שְׂעִירָה*
Hircæ seu capra caprarum. Nonnulli putant hoc
additamento maternam originem indicari; nam
Philippo mortuo sola mater Olympias superstes erat,
illi quam patri gratior fuit, adeo vt conciliis paternæ
necis fuisse putetur, certe Olympias adeo gaudium
de morte mariti conceptum celare non potuit, vt
Pausania parricidæ in cruce pendenti coronam no-
ctu impoluerit, non angustia tam infame scelus, nisi
filio placitum putaret, qui tandem etiam Philip-
pum patrem negauit, & eius laudatores occidit. Sed
malo tamen cum phrasi hebræa Hircum caprarum
nominari, quam incertam expositionem sectari.

Celeritas
Alexandri.

Hircus est, qui celeri assultu quasi terram nō tan-
geret, magna regna quasi peruolare; Darius non vane
iactauit tantum terrarum sibi adhuc esse, quan-
tum perambulare, non vincere modo operosum foret.
Senescendum, (inquit apud Curtium) fore, tan-
tum terrarum vel sine prælio obeunt. At ille, vt ca-
preæ solent, de rupe in rupem se librat valle non
transita, atque ita sexennio tantam monarchiam sub-
legit. Primo anno multas gentes rebellantes com-
pescuit, & seditiones exstinxit, inde citato gradu
profectus dux Græciæ constituitur, dum bellum Per-
sici apparat in ipso molimine nuntiatur Athenien-

ses, Thebanos, Lacedæmonios ad Persas defecisse,
tracturos auctoritate & potentia, totam Græciam,
eodem tempore ad Istrum contra Barbaros bellige-
randum fuit. Quibus motibus occursurus tanta ce-
leritate, instructo, paratoque exercitu Græciam op-
pressit, vt quem venire non senferant, videre vix
crederent.

§. 3. Deinde in campis Adraſtiis siue ad Grani-
cum, 600000 Persarum fugauit, 120000 equitum
cecidit, cum de eius exercitu 5. pedites, 120. equites
occisi essent. Gessit plura bella cum Darii præfectis,
quos terrore nominis sui vicit, tribus præliis post pu-
gnam Iſſicam eos attriuit, cum montem Taurum
transiret 500. stadia, hoc est 15. miliaria Germanica
cursu confecit. Tyrus impetum paulum est morata,
plus enim negotii exhibuit, quam totum regnum
Persarum, sed ea capta Aegyptus, Cilicia, Rhodus in
ditionem sine certamine concesserunt, interim quasi
per ocium Ammonium Iouem salutæ, Alexandriam
condit, & demum ad Gaugamella Darium vincit, &
sepelit. Ea causa Hircus celeritimus dicitur, qui ter-
ram non tetigerit.

Hircus etiam dictus est, qui asper, inhumanus, li-
bidinosus, cruentam non modo aulam, sed etiam
conuiuia habebat, amicissimorum cædibus, & peri-
culis infamis. Curtius l. 6. curis laxatum excepiſſe
voluptates, ludosque, & greges pellicum. Qualis
in urbium expugnationibus fuerit, docet Eleadas ca-
ptiuus post victas Thebas. Nunc senum, inquit, femi-
narumque sicut infirmum, ita innoxium resistere vulgus, quod
ipsum stupris contumeliisque vexatum esse, vt nihil amarum
vnuquam sint passi. Nec dissimiles Alexandro fuere
Græcorum sequentes reges, libidinibus, superbia,
crudelitate inligens, & orbem terrarum afflixerunt,
perperuis inter se bellis infesti. Ita enim de regibus
loquitur, vt corpus regni vniuersum complectatur.

§. 4. Venit autem Hircus ad Arietem cornutum
בַּעַל קַרְנֵי *בַּעַל קַרְנֵי* *בַּעַל קַרְנֵי*, dominum cornu in imperio
fortitudinis sue, *בַּעַל קַרְנֵי*, ait Græcus, quod Hebræus
בַּעַל קַרְנֵי *בַּעַל קַרְנֵי* *בַּעַל קַרְנֵי*, in seruire, vel excan-
deſcentia fortitudinis sue.

Alexander
in Darium
efferatus.

Cum autem appropinquasset prope Arietem effe-
ratus est in cum, *בַּעַל קַרְנֵי*, cum ante animal esset do-
mesticum, & cicut, nunc in beluam ferocem, & sa-
uam commutatur, hebræus *בַּעַל קַרְנֵי* *בַּעַל קַרְנֵי*, *בַּעַל קַרְנֵי*
& efferatus seipsum, iras totas in vnum collegit. Quis
non putet Danielem ista scribentem gestis interfuiſ-
se? Diu quidem officiis certauit, & humanitate
quamuis durante bello, sed tamen cum ad rem ven-
tum est, furis agit. Alexander (inquit Iuſtinus) pe-
riculosisima quæque aggrediebatur, & vni consertissimos ho-
ſtes acerrime pugnare conſpexiſſet, eo se semper immergebat,
periculaque sua non militum esse volebat.

Appropinquauit, tres ducum exercitus cecidit, dein-
de ipsum fugauit, secundo prælio rex vterque vulne-
ratus, tertio Darius interiit. Verum de efferato animo
Alexandri in Darium audiamus Curtium l. 4. Impia
enim bella suscipitis (sic Legatis Darianis exprobrat Ma-
cedo) & cum habeatis arma, licet animi hostium capita, sicut
tu proxime talentis mille, tanti exercitus rex, percussorem in
me emere noluiſti, repello igitur bellum, non infero, & quia ti-
tulum regis Darius omiserat, de cætero cum mihi scribes, me-
mento non solum regi, sed etiam tuo scribere. Sed nihil magis
efferasse eum, quam litera de quibus c. 4. Curtius. Inter-
cepta deinde Darii litera sunt, quibus græci milites sollicita-
bantur, vt regem interficerent, aut proderent, ideoq; Alexan-
der in responſione ad Legatos, Quod si saltem pacem
bona fide peteret, deliberarem forsitan an darem. Verum enim
vero cum modo milites meos literis ad prodicionem, modo ami-
cos ad perniciem meam sollicitet, ad internecionem, mihi per-
sequendus est, non vt iustus hostis, sed vt percussor & veneticus.

§. 5. Ecce tibi efferatum Hircum, & sine respectu
propriæ

proprie salutis in Arietem graui impetu ruentem. Nonne Deus qui hac tam longe ante prædixit, qui ab æterno præiudic, munire Arietem, hircum auertere potuit? Commiuit vero duo cornua eius, Hoc prelio, inquit Iustinus, totam Asiam rapuit, quinto post acceptum regnum anno: cuius felicitas tanta fuit, ut post hoc nemo rebellare ausus sit, patienterque Persa post imperium tot armorum ingum seruitutis acceperint. Post Persepoli deleta, Medi etiam ne resistere quidem conati sunt.

Omnes bestia non potuerunt resistere ei, neque liberari de manu eius. Causa quia iam à Deo desertus erat Ariet, itaque ne semel quidem tot habitis præliis vici. Excreuerant enim iam iniquitates Persarum & Medorum, nec mundo amplius tolerabiles erant, neque id ignorabat Alexander. Apud Iustinum l. ii. ita res narratur: Præquam villa navis luctore excederet, hostias cadit, petens victoriam bello, quo toties à Persis petita Græcia vltor electus sit, quibus longa iam, & satis matura imperia contigisse, quorumque tempus esse, vices excipere melius acturos. Ita fieri non potuit ut resisteret, aut duceret saltem bellum Persa, sed destitutus auxilio & sapientia, omnia in manus victoris tradidit.

Cum misisset in terram concubant. Persecutus erat ut percussorem, & verefecit; Darius cum vinci suos videret mon & ipse voluit, sed à proximis fugere compulsum est, ut Iustinus refert. Deiectus ergo in terram est, cum adhuc Hircania, Bactra & dimidia pars regni superesset. A Nabarzane & Bello prætoribus suis vincitur, aureis catenis, in curru pellibus contectum conijcitur, demum iussu ascendere equum, cum recularet comitari patricidas, Tum vero, inquit l. 5. Curtius, ira quoque accensi, tela inieciunt in regem multisque confossum vulneribus relinquunt. Inuenta quoque, ne longius progredi possent, conuoluerantur, duobus sevis, qui regem comitabantur, occisis. Hæc Hircæ captiui omnia tribuuntur, quia is omnium causa, & fugienti inuitans, dicebat; In illo corpore posita est victoria nostra. Sed cum in terra iacentem nobis quasi ipsa Danielis verba recitans Curtius l. 5. demonstrat. Artabazum vltimum illum visurus amplectitur, perussusque multis lachrymis inhaerentem sibi auxilii iubet: Velato deinde capite, ne inter gemitus digredientem velut à rogo intueretur, IN HVMVM SE PRONYM ABIECIT. Sic abiectus & conculcatus miserrime vitam amisit: Conculcata deinde est Persis, per ludibrium incensa, ad nutum meretricula, Persepoli; occisi captiui, quos precium sui miserabiles fecerat. Victores enim diuites vilissimos captiuorum occidere, quam vendere malebant.

Cornu insigne *Σκορπιον* inter oculos est Alexander non primus rex Macedoniae, sed primus dux vniuersæ Græciæ, & Monarcha Asiæ. Potentior successoribus suis, in fronte eminens, inter oculos, hoc est, oculatissimos parentis duces; nemo enim facile ordines nisi Sexagenarius duxit. Est igitur Hircus & ipse Rex, & regnum Græcia.

Fractum est autem cornu magnum, vel ebrietate, vel Babylonio veneno excussum, cum annos duodecim sterisset.

§. 6. Eo fracto quatuor reges surrexerunt, Hebraus quatuor *מלכיהו* Malchiuorh, regna vocat: noster pro *וה* vth legit *מ* mem, nempe *מלכיהו* Melachim, de vera prisca lectione non potest ex verbo iudicium statui, est enim *עמנונה* iaghamodenma, cuius initium habet notam malculini, finis autem generis est feminini, cui simile non inuenio, itaque vel in hebræo error est, vel iudicium est, deregibus & regnis, seu de personis, & rebus sermonem esse. Plures fuerunt reges, & regna, sed præcipua de quibus hic agitur quatuor duntaxat, Macedoniae, Aegypti,

Asiæ, Syriæ. Regum præcipui, Philippus seu Ariadæus, Antigonus, Ptolomæus Seleucus. Ex his concludo, Providentiam esse omnia dirigentem, omnia illi obnoxia, Dei arbitrio omnia stare, omnia cadere, non modo prouideri, & prædici.

Non minus illa consideranda sunt, quæ capite indicuntur, cum nempe tres reges in Perside staturos ait, Cyrum, Cambysem, Darium, (nam Smerdem ut paucorum mensium tyrannum omittit) & quartum magnum scilicet Xerxem ditandum opibus maximis, & eum, cum inualuerit, diuitis suis omnes concitaturum in bellum aduersus Græciam. Deinde surget Alexander rex fortis & dominabitur potestate multa, è Macedonia ad Ammonios usque & Indias; parto autem regno, conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos, in quatuor regna præcipua, & multa alia minora, sed non in posteros eius, omnis enim eius posteritas intra annum duodecimum extincta est, neque secundum potentiam illius, neque enim quisquam successorum vel decimam partem eius potentia obtinuit.

Miseræ felicitas Alexandri cognato sanguine iturus in Persas se contaminarat, post mortem eius à Cassandro obsessa Olympias, & hostis à Macedonibus iudicata, publico iudicio iussa mori; Barsane, & Roxane cum liberis occisæ, Pars quædam, & nomen regni concessa Aridæo fratri, sed mox ille etiam extinctus.

§. 7. Laceratum regnum etiam in externos, qui scilicet ex Macedonum proceribus non erant. Laceratum inter domesticos, laceratum inter externos. Lilius l. 45. Maximum in terra Macedonum regnum, nomenque morte Alexandri distractum in multa regna, dum ad se quisque opes rapiunt, laceratis viribus a summo calmine fortuna, ad vltimum finem, 150. annos stetit. Nonne commentarium ille in Daniele scribere videtur. O altitudo sapientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Post mortem Alexandri eius duces imponunt sibi diademata, & multiplicata sunt mala in terra, vnius illius prædonis felicitatem luunt, mater, frater, vxores, liberi, omnes fere duces principesque, & orbis spoliis opimi Argyraipides intra annum sextum decimum mutuis vulneribus concisi, & absumpti sunt. Olympias Aridæum, Olympiadem & duas nurus, cum duobus nepotibus Cassander, Cassandrum & totam eius domum, quasi Alexandri familie parentaret, exstinxit Demetrius. Perdicas Meleagrum, Ptolomæus Cleomenem, & Perdiccam, alios; Philotes Phitona, Antigonus Eumenem, & Argyraipidas, extinctis iam 34. ducibus, Alexandri commilitonibus postremi Seleucus & Lysimachus concurrerunt. Res sedulissimi spectaculi (inquit Orolius) erat, duos reges quorum Lysimachus natus annos 74. Seleucus autem 77. de eripiendis alterutrum regnis

occurrere, in acie stare, arma gerere, vltimum quidem bellum hoc Alexandri commilitonum fuit, sed quod ad exemplum summa miserie fuerit referuatum; quippe cum orbem terrarum extinctis iam 34. ducibus Alexandri, soli possiderent, & angustissimos senectutis ac vite sue terminos non aspicientes, angustiores imperio suo totius mundi terminos arbitrabantur. In eo bello amisit antea variis casibus 15. liberis, Lysimachus non instrenue moriens postremus domus sua ruina cumulus accessit. Læus tanta victoria Seleucus, & quod maius victoria putabat, solum se de cohortibus Alexandri magni remansisse, victoremque victorum extitisse, non humanum opus esse, sed diuinum gloriatur, ignarus prorsus non multo post fragilitatis humane se ipsum exemplum futurum. Quippe post menses admodum septem à Ptolomeo, cuius sororem Lysimachus in matrimonium habuerat, per insidias circumuentus occiditur, regnumque Macedonia quod Lysimacho eripuerat cum vita pariter amittit. Itaque qui cadibus, ambitione, stupris totum orbem sed arant hoc sine, perierunt igne vltionis diuino trono erumpen-

Miseræ pro-
genies Ale-
xandri.

Duces Ale-
xandri o-
mnes ab-
sumpti.

Lysimachus
& Seleucus
extremi cõ-
currunt.

Cur Deus
arietem de-
serui?

Darius in
errâ pro-
iutus.

Cornu in-
signe Ale-
xander.

Succesores
Alexandri.

rumpente, hac quidem inter domesticos. Externi vero quid? Indi mox audita morte Alexandri occisus eius praefectis se in libertatem vindicarunt, nec ultra Persidem & Mediam diu imperarunt Seleucidae. Iustinus l. 41. Arsacem Parthum defecisse, simul mille Bactrianorum vrbes, narrat Theodorus, & eorum exemplum secutos totius Orientis populos, & paritione Ponticas, Schythicasque gentes, vnde noua postea regna, & Respublica emerferunt.

Potentia
Ptolomaei.

Et confortabitur rex Aultri, Ptolomaeus Lagi filius, qui regni Macedonici meridianam partem Aegypti obtinuit, vir prudentissimus vt historicus ait. Sed Ptolomaeus in Aegypto solerti industria magnas opes parabat, quippe & Aegyptios insigni moderatione in fauorem sui sollicitauerat, & reges finitimos beneficiis, obsequiisque deuinxerat; terminos quoque imperij acquisita Cyrene vrbe ampliauerat, factusque iam tantus erat, vt non tam timere hostes, quam timendus ipse hostibus esset. Videantur quae de eo in Atticis Pausanias; fuit autem in ceteris ducibus inter se certantibus occasio crescendi habenti regnum firmum, nec incurfibus vllis obnoxium, à Rhodiis dictus est Soter quod contra Demetrium auxiliatus sit. Iudaeorum captis Ierosolymis centum & duodecim millia cepit, sed humanissime habuit, vt multi ex Iudaea vltro in Aegyptum sint profecti, illis arces, & vrbes credidit, quod iuramenti seruantissimos sciret ex Iaddi ad Alexandrum responso.

Vnus ille ex principibus eius est. Ptolomaeus Philadelphus fratrum insidiantium interfectore, cui peditum centum millia, currum duo millia, Elephantum quadringenti, nauium longarum centum quinquaginta, onerariarum mille, argenti talenta annua quatuordecim millia octingenta. denique decies quinquies centena millia artabaturum frumenti, artaba modios tres, & vnam tertiam continet.

Alia gesta
predicta.

Berenice.

In fine autem annorum post multa & molesta certamina, inter Asiae & Aegypti reges, filia regis Aultri, Ptolomaei Philadelphi regis Aegypti filia Berenice veniit ad Regem Aquilonis Antiochum Sedv, vt amicitiam conciliat, cum magna dote, vt & p. p. p. nomen inuenerit. Sed non tenebit fortitudinem brachij, nec firmum erit duorum regnorum vinculum; Laodice enim prior vxor Antiochi maritum veneno occidet, Seleucum Callinicum regem constituet, Berenicen cum filio Antiochia principibus occidendos tradet. Imo qui eam adduxerunt, auctoresque matrimonij fuerunt, pariter occidentur. Stabit autem de germine radicem eius, nempe Ptolomaeus, Euergetes, frater Berenices, qui pene vniuersum regnum Seleuci occupauit. Historiam narrat Iustinus l. 27. Mortuo Syria rege Antiocho (Deo scilicet) cum in locum eius Seleucus successisset, hortante matre Laodice, qua inhibere deberet, auspicio regni à parricidio cepit, Quippe Berenicen nouercam suam, sororem Ptolomaei regis Aegypti, cum paruulo fratre ex ea suscepto, interfecit, quo facinore perpetrato, & insanie maculam subijt, & Ptolomaei bello se implicuit. Porro Berenice cum ad se interficiendum missos didicisset, Daphne se claudit, vbi cum obsideri eam cum paruulo filio, nuntiatum ciuitatibus Asiae esset, recordatione paterna, maiorumque eius dignitatis, casum tam indigna fortuna miserantes, auxilia ei omnes misere, frater quoque Ptolomaeus periculo sororis excitus, relicto regno cum omnibus viribus aduolat, sed Berenice ante aduentum auxiliorum, cum vi non posset expugnari, dolo circumuenta trucidatur; Indignas res omnibus visa, itaque cum vniuersa ciuitates quae defecerant, ingentem classim comparassent, repentino exemplo crudelitatis exterrita, simul & in vltionem eius, quam defensori fuerant, Ptolomaeus se tradunt, qui nisi in regnum domestica seditione reuocatus esset, totum regnum Seleuci occupasset.

Historia à
Propheta
narratur.

Itaque apparet cur dicat Daniel: Insuper & Deos eorum, & sculptilia, vasa quoque preciosa argenti, & auri caprina ducet in Aegyptum: Historici autem illa quae olim

Cambyfes extulerat reduxisse. Seditione enim domestica reuocatus, 40000. talentorum auri, 2500. Deorum secum auxit, omnia autem vsque ad Euphratem occupauit.

§. 9. Reliquorum expositione superfedeo, quibus si nomina regum adiungas, ex prophetia perfectam historiam conficies. Tulector Dei praesentiam accuratissime omnia acta, omnes animos omnium peruidenter considera, omnium euentuum conscium numen reuerere. Atque omnia à Deo esse, à Deo conseruari, sine Deo consilia humana in irritum cadere, atque in summas calamitates verti inuenies, potentium illae nuptiae, primo reges, reginas, liberos deinde ipsa regna internecino bello colliferunt.

Futurorum igitur praeotio certissimum est diuinitatis omnia imperia moderantis, & nunquam fallax signum. Sic Isaia 41. Annunciate nobis quae ventura sunt in futurum, & sciemus quia dixistis vos.

Quas inter etiam illam de Cyro manifestissimam refero, quae illi post ducentos annos regnum adeptio ostensa est. vt Ioseph. c. 11. antiq. c. 1. narrat.

CAPVT VIII.

Rempubicam à Deo dependere testimoniis Christianorum ostenditur.

§. 1. S Vperuacaneum videri hoc possit, cum patrum multi integros ea de re tractatus conscripserint, sed tamen ex his pauca delibare ad institutam disputationem haud fuerit inutile.

Tertullianus apol. contra gentes c. 17. Quod colimus nos, Deus vnus est, qui totam molem istam cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum; verbo quo iussit; ratione, qua disposuit; virtute, qua potuit, de nihilo expressit, in ornamentum maiestatis suae. Et c. 18. Videte igitur ne ille regna dispenseret, cuius est & orbis, qui regnatur, & homo ipse qui regnat, ne ille vices dominationum ipsis temporibus in seculo ordinaret, qui ante omne tempus fuit, & seculum corporum tempus fecit, ne ille ciuitates tollat, aut deprimat, sub quo fuit aliquando sine ciuitatibus genus hominum.

Tertullianus.
Deus omnia regna disponit.

S. Basiliius Hexem. hom. 7. Nemo homo stellarum scientia praeditus, nemo Chaldaeus procellas ex ortu siderum coniectans aeris turbulam erinaceum docuit: sed marium dominator, atque ventorum, huic etiam animanti paruo immensa sua sapientia vestigium euidens, & apertum impressit. Nihil est prorsus quod sub prouidentiam Dei non cadat. Nihil est omnino, quod à Deo neglectum sit: omnia explorat, omnia conspiciat oculus ille peringit: omnibus adest, facultatemque salutis cuique praestat. Si erinaceum Deus à sua prouidentia non excludit, ea quae ad te pertinent non explorat? non conspiciat?

Basiliius.
Deus etiam animantium curam suscipit.

Et in hac verba Psalmi 32. Non saluatur rex per multam virtutem. Non exercitus militaris, non quantus munitio, non ciuitatum moenia, non peditum phalanx, non equestris turma, non naualis munimentis preparatio, regi salutem parit. Kie & xadis & xis & xis & xis & xis, Dominus constituit, & destituit reges. Seruatur ergo rex non per multam virtutem, sed per diuinam gratiam.

Deus seruatur & destituit reges.

Athanasius oratione contra Gentes: Ita quoque in vniuersitatis istius ordine & harmonia, necesse est, vt animaduertamus omnium istorum principem esse Deum, eumque vnum & non plures. Nam ille dispositionis ordo, & rerum omnium consentiens harmonia, non multos, sed vnum sibi ducem, principemque declarat esse, nimirum verbum Dei.

Deinde in eadem oratione. Ipse igitur omnipotens, omnino integer, sanctus ipsius Dei sermo, & ratio omnibus incumbens, & vbique suas vires explicans, illustrans omnia, cum qua oculis apparent, tum qua oculis subterfugunt. Vniuersa in se continet, & constringit, nihilque desertum à sua potentia relinquit, sed omnia in omnibus, singula in singulis, publice vniuersa